

Iosue

86

di israel. et exercitu per gyrum disposito: oppugnabat eam: tradiditque dominus lachis in manus filiorum israel. et cepit eam die altero atque percussit in ore gladii omnem animam que fuerat in ea sicut fecerat lebna. Et tunc ascendit hirah rex gager ut auxiliaretur lachis: quem percussit iosue cum omni populo eius usque ad interitionem. Transiitque de lachis in eglon. et circumdedit atque expugnauit eam in eadem die: percussitque in ore gladii omnes animas que erant in ea iuxta omnia que fecerat lachis. Ascenditque cum omni israel in hebron et pugnavit contra eam: cepitque et percussit in ore gladii regem eius et omnia oppida regionis illius uniuersasque animas que in ea fuerant commozate: non reliquit in ea ullam reliquias. Sicut fecerat eglon. sic fecit et hebron: cuncta que in ea repperit percussit gladio. Inde reuersus in daber. cepit eam atque vastauit: regemque eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladii. Non dimisit in ea ullam reliquias. Sicut fecerat hebron et lebna et regibus earum sic fecit daber regi illi. Percussit itaque iosue omnem terram montanam et meridianam atque campestrem. et aferoth cum regibus suis. Non dimisit in ea ullam reliquias: sed omnem quod spirare poterat interfecit: sicut preceperat ei dominus deus israel. a cadelbarne usque gagam. Omnem terram gosen usque gabaon uniuersosque reges et regiones eorum uno impetu cepit atque vastauit. Dominus enim deus israel pugnavit pro eo. Reuersusque est cum omni israel ad locum castrorum in galgala.

XI
Quod cum audisset iabin rex asor misit ab iobab rege madan et adaph. ad reges que adlonis que habitabant in montanis et in planitie contra meridiem ceneroth. in campestribus que et regionibus ad mare: chananuz que ab oriente et occidente. et amorgum atque ethum ac phereceum et iebuseum in montanis: eugum que que habitabat ad radices hermon in terra maspha. Egrediuntur sunt omnes cum turmis suis: populus multus nimis. sic barena que est in litore maris: equi que et currus inmensi multi-

tudinis. Conueniuntque omnes reges isti in unum ad aquas meron ut pugnantur contra israel. Dixitque dominus ad iosue: Ne timeas eos. Cras enim hac eadem hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu israel. Equos eorum subneruabis. et currus igne combures. Venitque iosue et omnis exercitus eius cum eo aduersus illos ad aquas meron subito. et irruerunt super eos tradiditque illos dominus in manus israel. Qui percusserunt eos et persecuti sunt usque ad sidone magnam et aquas malferephot: campestrisque masphe que est ad orientalem illius partem. Itaque percussit omnes ut nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecitque sicut precepit ei dominus. Equos eorum subneruauit: currusque combussit igni. Reuersusque statim cepit asor. et regem eius percussit gladio. Asor enim antiquus inter omnia regna principatus tenebat. Percussitque omnes animas que ibidem morabantur. Non dimisit in ea ullam reliquias: sed usque ad interitionem uniuersa vastauit: ipsamque urbem permisit incendio. et omnes per circuitum ciuitates. Reges que earum cepit. percussit atque deleuit: sicut precepit ei moyses famulus domini. Abique urbibus que erant in collibus et in tumulis sitis. ceteras succedit israel: unam tamen asor manit. summam flamma consumpsit. Demque preceperat istarum urbium ac iumenta diuiserunt sibi filii israel cunctis hominibus interfectis. Sicut precepit dominus moysi seruo suo: ita precepit moyses iosue. et ille uniuersa compluit. Non preterijt de uniuersis mandatis: nec unum quidem uerbum quod iusserat dominus moysi. Cepit itaque iosue omnes terram montanam et meridianam. terramque gosen et planitie et occidentalem plagam montemque israel et campestris eius et partem montis que ascendit seir usque baalgath per planitiem libani sub monte hermon: omnes reges eorum cepit. percussit et occidit. Multo tempore pugnavit iosue contra reges istos. Non fuit ciuitas que se non dederet filiis israel propter eugum que habitabat in gabaon. Omnes enim bellando cepit. Dominus enim in iunia fuerat ut duraret corda eorum et pugnarerent contra israel et caderent et non mererent ullam clementiam. ac periret sicut precepit